JOSEPHI FINESTRES ET DE MONSALVO,

JCti, ET ANTECESSORIS

PRÆLECTIONES CERVARIENSES.

JOSEPHI FINESTRES
ET DE MONSALVO,

BARCINONENSIS JCti,
ET IN REGIO CERVARIENSI ATHENÆO
PRIMARII LEGVM ANTECESSORIS;

PRÆLECTIONES CERVARIENSES,

SIVE

COMMENTARII ACADEMICI

AD TITULUM PANDECTARUM

DE LIBERIS, ET POSTUMIS;

cui ſubjungitur

DIATRIBA

De Poſtumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis;

ET AD TITULUM

DE ADQUIRENDA, VEL OMITTENDA hereditate.

Cum duplici Indice, altero Legum illuſtratarum; altero Rerum, & Verborum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

SUPERIORUM PERMISSU.

CERVARIÆ LACETANORUM: Typis Academicis,
per JOSEPHUM BARBER, & Soc.
An. Chr. M.DCC.L.

SANCTISSIMO. PATRIARCHAE
JOSEPHO
REGIAE. STIRPIS. DAVIDICAE
GERMINI. NOBILISSIMO
CUJUS. FIDEI.
DEUS. O. M. MATREM. SUAM. CREDIDIT
ET. TUTELAE
FILIUM. SUUM. UNIGENITUM. COMMISIT
ADEOQUE
MELIORIS. SPONSAE. DIGNIORI. SPONSO
MELIORIS. FILII. FIDISSIMO. NUTRITIO
IMMO. ET. PATRI
NISI. QUOD. ABSIT. ILLIUS. AFFIRMANTIS
ELEVAMUS. TESTIMONIUM
ET. HUJUS. AUDIENTIS. DAMNAMUS. SILENTIUM
OB. INNUMERABILIA. IN. SE. COLLATA. BENFFICIA
GRATISSIMO. ANIMO
ET. CUM. CERTA. SPE
NON. MINORA. IN POSTERUM. ASSEQUENDI
QUANTO. DENIQUE. POTEST
RELIGIOSAE. DEVOTIONIS. AFFECTU
PATRONO. MUNIFICENTISSIMO
HAEC. DICTATA. IN. ACADEMIA. CERVARIENSI
QUAE. UTI. CLIENTELARI. NEXU
SPECTAT. AD. IMMACULATAM
MARIAM
SIC. ET. MARITALI. JURE
QUODAMMODO. AD. EUMDEM. PERTINET
JOSEPHUS. FINESTRES. ET. DE. MONSALVO
D. O. C. Q.

DE LIBERIS, ET POSTUMIS

HEREDIBUS

INSTITUENDIS, VEL EXHEREDANDIS,

COMMENTARIUS

ACADEMICUS.

PRÆFATIO.

COGIT me Lex Academica Tractatum *de Liberis, & Poſtumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis* hoc ſcholaſtico curriculo vobis tradere, Adoleſcentes Ornatiſſimi, difficilem illum quidem, & involutum, ſed qui ob ſubtilitatem, & quâ veteris, quâ novi juris notitiam animos veſtros alliciet, ut alacriter in ejus ſtudium incumbatis, memores Platonis effati in Hyppia majore, Δύσκολα τὰ καλά, *ardua eſſe quæ pulchra.* Quod me attinet, curabo, ut abrupta aliàs via, per quam incedendum erit, complanetur, ac remotis amfractibus recto tramite dirigatur. Idcircò jam in veſtibulo totius tractationis œconomiam exhibebo delineatam. Operis inſcriptionem *de Liberis, & Poſtumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis*, præbent nobis ipſæ Leges Academicæ, ſumptam ex *tit.*2. *Pandect.lib.*28. Juſtinianus in Codice ſuo per duos proximos titulos eandem tractationem abſolvit; nam *Libri* 6.*tit.*28.inſcribitur, *De Liberis præteritis, vel exheredatis*, ſequitur 29. *de Poſtumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis, vel præteritis.* Non ita plenè concepiſſe videtur Rubricam